



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

327. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex eodem.*

CCCXXV I. Si quis suspicatur quod ad Rhab. epist.
perjurium inducitur, & tamen ex consensu ad Heribald.
jurat, duos annos pœnitentia. c. 18.

Burchard. lib.
12. c. 11.

Vnde suprà.

CCCXXVII. Si quis perjuraverit per Burchard. lib.
cupiditatem, omnes res suas vendat, & pau- 12. c. 3.
peribus distribuat, & monasterium ingressus,
jugi pœnitentiæ se subdat.

Vnde suprà.

CCCXXVIII. Si quis perjurium fece-
rit, laici annos tres, Clerici quinque, Subdia-
coni sex, Diaconi octo, Presbyteri decem,
Episcopi duodecim annos pœnitentia.

De eadem re. *Ex Capitul. Titulo XIV.*

CCCXXIX. Quicunque comprobatus Capitulare
fuerit quod scienter testes in perjurium indu- 111. Lud. P.
xisset, sub fidejussoribus ad palatum adduca- tit. 7. c. 6. &c.
tur, ubi cum fidelibus nostris consideremus Addit. 1v.
quid de talibus faciendum sit. Episcoporum c. 77.
autem erit de pœnitentia cogitare. Lib. 2. Leg.
Longob. tit. 12. c. 14.

Postremam capituli istius partem non exhibet Capitulare 111. Ludovici Pij, neque Additio 1v. Capitularium. Extat tamen in editione Helmestadiensi Reginonis & in veteri codice MS. quo nos nisi sumus.

De eadem re. *Ex eodem.*

CCXXX. Qui compulsus à domino per- Burchard. lib.
jurat, si sciens, tres quadragesimas & legiti- 12. c. 4.
mas ferias pœnitentia.